

LIBRI SEPTIMI
TITVLVS PRIMVS,

De Monstris.

SVMMARIVM.

- 1 Magna vis consuetudinis.
- 2 De Monstris considerare Iureconsulto quoque necessarium est.
- 3 Monstrorum Naturam explanare, ac definire quoniam monstra sint, ad Medicum, & Philosophum spectat.
- 4 Monstra quoniam sunt, Iudicis arbitrio relinquuntur.
- 5 Monstrum non rumpit testamentum.
- 6 Monstra appellatione filiorum non veniunt.
- 7 Partus ex sua natura non vitalis non rumpit testamentum.
- 8 Monstra vitalia non sunt.
- 9 Num profic Mulieri ad hoc, ut Mater dicatur, si quid monstruosum sit enixa.
- 10 Monstrum an baptizari possit.
- 11 Monstrum ex incestuoso congressu hominis cum Bruto an nasci possit.
- 12 Monstrum impio occidi potest.
- 13 Monstra an sint resurcitura.
- 14 Quocumque rationali anima praedita sunt resurgere debent.
- 15 Recens natus fetus pro matre ne, an pro femella sit baptizandus.
- 16 Monstrum bicorpor an unus homo, vel duo.
- 17 Monstrum, Ostentum, Portentum, Prodigium omnia videntur interdum pro eadem re accipi.
- 18 Monstra, Ostenta, Portenta, Prodigia unde dicta.
- 19 Monstra in solis virventibus contingunt.
- 20 Monstrum quid Aristotele.
- 21 Monstra sunt quae contra naturam sunt.
- 22 Monstrum ex Winicchio quid, & num. seq.
- 24 Monstrum ex Capivacca quid.
- 25 Monstrum a Liceto definitum.
- 26 Monstrum proprie quid.
- 27 Non quolibet Naturae error, nec quilibet recessus a figura bonitatis facit monstrum.
- 28 Monstrum apud Leges quomodo accipiatur.
- 29 Ad naturalem corporis constitutionem, & figurae bonitatem qua requirantur.
- 30 Monstrorum genus duplex ex Capivacca.
- 31 Monstrorum divisio ex Liceto.
- 32 Monstrorum quinque genera.
- 33 Monstrorum primum genus eorum, quae a natura sunt.
- 34 Secundum monstrorum genus peccantium in quantitate secundum totum.
- 35 Tertium monstrorum genus eorum, quae deficient, aut superabundant in partibus.
- 36 Quartum genus eorum, quae dissimilia sunt secundum partes a sua specie.
- 37 Quintum genus eorum, quae dissimilia sunt secundum totum a sua specie.
- 38 Alia monstrorum divisio.
- 39 Monstrorum aut multiforme, aut uniforme.
- 40 Monstrorum divisio ex Winicchio.
- 41 Monstrorum alia speciem mutant, alia non.

De Monstri, Ostenti, Portenti, Prodigii appellatione, Monstrum quid, & quotuplex.

QVÆSTIO I.



Anta est in nobis vis consuetudinis circa ea, quae sensibus nostris, atque oculis maxime in inferiori hac mundi Machina obijciuntur, ut ea, quae nunquam satis admirari deceret, fere pro nihilo ducamus ob id, quod indefinenter ea conspiciamus; contra multa, quorum nulla nos movere deberet admiratio, obstupentes contuemur, quod ea raro contuemur. tantillum vaporis in aere accensi turmatim accurrentes admirabundi contemplamur, Solem, Lunam, Stellas, Caelum ipsum oscitanter praeterimus; & in caeteris omnibus eodem modo usufvenire & nos experimur, & docuit Lucret. lib. 2. de Reum Nat. his carminibus:

Sed neque tam facilis res ulla est, quin ea primum Difficilis magis ad credendum constet; itaque Nil adeo magnam, nec tam mirabile quocquam Principio, quod non minuat mirari omnes Paulatim, ut Caeli clarum, purumque colorem, Quamque in se coherens palantia sidera passim, Lunaeque, & Solis praecleara luce nitorem; Omnia quae nunc si primum mortalibus adsint, Ex improvise seu sint objecta repente, Quid magis his rebus poterat mirabile dici? Aut minus ante quid auderent credere gentes? Nulli, ut opinor, ita haec species miranda fuisset, Quam sibi jam nemo sensus satiate videnda Susplicere in Caeli dignatur lucida templa.

sed propius ad rem accedentes, non est qui nesciat, quantum nos moveat duorum hominum inter se non facile distinguibilis similitudo; ac tanta, & infinita effigierum varietas non inter homines solum, sed inter tot animalium, rerumque pene omnium species, ne efficere quidem videtur nos quocquam. tantam naturae solertiam in Animalium generatione, tantum in membrorum compagine ordinem, & symmetriam, tantum vel in minimis studium, ac nunquam pene a loco oberrantem operam nauseabundi negligimus, & nunquam intermissam ejus providentia rerum seriem pro nihilo ducimus; ac casu in alicujus individui formatione, neque ipsius, sed aliena culpa irreperentem errorem quam vehementer demiremur, quanto stupore contuemur, quam anxia mente excipiamus, cur pluribus verbis significare studeam, cum re ipsa se palam faciat? De Monstris loquor, quorum contemplatio tantopere doctos viros defatigavit, ut nihil supra. nos impraesentiarum, quia de illis con-

PAVLI NAEGII
MEDICI ROMANI
QUESTIO I.
MEDICO-LEGALIVM

LIBRI SEPTIMI
TITVLVS PRIMVS
De Monstris.

Continentes Quaestiones novem.

- I. De Monstri, Ostenti, Portenti, Prodigii appellatione.
- II. De Monstri, Ostenti, Portenti, Prodigii appellatione.
- III. De Monstri, Ostenti, Portenti, Prodigii appellatione.
- IV. De Monstri, Ostenti, Portenti, Prodigii appellatione.
- V. De Monstri, Ostenti, Portenti, Prodigii appellatione.
- VI. De Monstri, Ostenti, Portenti, Prodigii appellatione.
- VII. De Monstri, Ostenti, Portenti, Prodigii appellatione.
- VIII. De Monstri, Ostenti, Portenti, Prodigii appellatione.
- IX. De Monstri, Ostenti, Portenti, Prodigii appellatione.

2 siderare non uno ex capite Iureconsultis est neces-
 3 sarium, ut videbimus, de illis differemus, quia ad
 Medicum, & Philosophum spectat eorum naturam
 perquirere, ac definire quanam vere monstra sint,
 quæ non, ut docet Martin. Winrich. in lib. de Orr.
 4 Monstr. cap. 1. licet ex Iureconsultis Menoch. de
 Arbitr. lib. 2. cent. 5. cap. 391. num. 28. hoc
 Iudicis arbitrio relinqui voluerit, sed palam est,
 arbitrari non posse Iudicem nisi cognitis iis, quæ
 ad rei Naturam, de qua arbitrium ferre debet, per-
 tinent, quæ nonnisi ex Medicina, & Philosophia
 haberi possunt.

Cæterum quot, & quanta occurrere possint dubia Iureconsultis circa hanc humanorum monstrorum materiam (de his enim tantum, non de cæteris quibusque mihi sermo in præsentem habendus est) facile ex illmet ipsis elicitur. statuunt enim primo, Monstrum non rumpere testamentum argumento
 5 l. Quod certatum est in fin. C. de Posth. hered. insti.
 6 & ratio ea est, quam adducit Glo. ibi in verb. Monstrum, quod Monstra filiorum appellatione non veniant l. Non sunt liberi. ff. de stat. homin. & aliam rationem ad id ipsum assert Menoch. ubi supra, num. 27. nimirum, quod quemadmodum partus ex sua natura non vitalis testamentum non rumpit, ut ex pluribus per ipsum adductis patet num. 24. ita neque Monstra testamentum rumpere debeant, ac hæreditatem adipisci, quia vitalia non sunt, quod auctoritate Aristotelis comprobatur lib. 4. de Gen. anim. cap. 4. cui addi potest Alex. lib. 2. Probl. 44. & Plin. lib. 7. cap. 3. & id ipsum ex recentioribus attestatus Paræus lib. 24. cap. 2. Quod, inquit, ut invita natura nascuntur, sic & vivunt; & sequuntur hanc ipsam opinionem ex Iureconsultis Hyeton. Magg. Miscell. lib. 1. cap. 20. & novissimus Alphoul. à Carranza de Pat. nat. & leg. cap. 17. nu. 23. qui omnes bene volunt non esse hoc omnibus Monstris commune; sed male Carranza, & omnino præter rem ad hanc opinionem firmandam Lucretii carmina attulit lib. 5. de ver. nat. ubi Poeta loquitur de quibusdam monstris, quæ esse in rerum natura jactantur, cum tamen existere non possint, & ita habet;

Quæ neque florescunt pariter, neque robora sumunt

Corporibus, neque proficiunt ætate senecta.

nam videtur hic Iurista non percepisse eorum carminum sensum; dicit enim Poeta, Animal constans ex membris specie differentibus non posse consistere in rerum natura ob id, quia animalia specie diversa neque eodem tempore augentur, neque uno eodemque tempore corporis robur adipiscuntur, neque uno, eodemque tempore senescunt, hoc est, ætates non eodem annorum curriculo percurrunt, nec simili Veneris stimulo moventur, nec conveniunt in moribus, & quæ sequuntur; unde omnino extra Mercurium ab hoc homine ad id, quod probare intendit, ea carmina sunt adducta, multoque melius, & magis ad rem superiora adduxisset, ubi Poeta narrans quomodo in mundi primordiis animalia essent à natura creata, dicit eam primum multa monstra generasse, conatum tamen illius irritum fuisse, quia ea monstra non vivebant, quod non haberent requilita ad vitam, sic ergo ait;

Multaque tum tellus etiam portenta creavit

Comata est mira facie, membrisque coorta.

Androgynum inter utrumque, nec utrumque & utrumque remotum,

Orba pedum parvis, manuum viduaa vicissim;
 Multa sine ore etiam, sine vultu cæcæperita,
 Vnâque membrorum per totum corpus adhasa,
 Nec facere ut possent quicquam, nec cedere quicquam.

Nec vitare malum, nec sumere quod foret usus;
 Cætera de genere hoc monstra, ac portenta creabat,
 Nequicquam, quoniam natura abstruit auctum,
 Nec potuerunt capere ætatis rancere florem.

Sed hæc per transennam dicta iuncto; præter superiora autem alia dubium excitant apud Iureconsultos in hac materia de monstris, ut illud, num proficit mulieri si quid prodigiosum aut monstruosum sit enixa, ad hoc, ut mater dicatur, & matris privilegiis ex filiatione sibi provenientibus frui possit, quod adnotavit etiam ex nostris Winrich. de ori. monstr. cap. 1. & habetur in l. Non sunt liberi, sup. cit. & in l. Quæret aliquis. ff. de verb. & sig. signif. quas & ille adducit.

Verumenimvero à Canonistis etiam, & Theologis dubitatur, an monstrum baptizari possit, & negative respondent, ut ex Archidia. Menoch. ubi supra, nu. 26. uniuersum ergo facile videt, quam necessarium propter hæc sit determinare, quinam partus vere monstrum dici debeat, & qui non, ne Baptismus in incapacem conferatur, aut ne eo capax defraudetur.

Maximi insuper momenti dubium circa hanc ipsam materiam occurrit, quod non tam scitu necessarium est, quam solutu difficile; dato enim quod ex homine fetus nascatur figura brutum referens ad secundum totum, vel secundum aliqua membra, aut quod ex bruto nascatur fetus facie hominem referens, aut humanis aliquot membris dotatus, dubitatur, inquam, eo in casu de incestuoso hominis congressu cum bruto, ut aliquando evenisse certum est, & maxime in casibus, de quibus citatus Maggus, & Paræus locis citatis. sed hic conceptus an ex huiusmodi congressu nasci posset, incertum est, ita ut vir, aut mulier tam nefariæ venis rei condemnandi, an absolvendi sint, difficile sit diiudicare, si peccatum ex se non consistat, cum de facti identitate minime consistet, & Philosophi plerique, ac præcipue classici tam ex veteribus, quam ex recentioribus id inficiuntur.

Addendum his, quod tanto magis urget scientiæ necessitas, quinam partus vere monstrum dici debeat, quanto Leges permittunt monstra impune à quoocunque occidi, ut ex pluribus Menoch. ubi supra, nu. 27. & novissime Carranz. ibid. nu. 22. & ex nostris Winrich. ubi citatus cap. 41. apud quem alios auctores citatos habes.

Præterea dubitant Theologi, an monstra resurrectura sint, nec ne, & negat D. Bonav. in 4. sent. dist. 44. ex quo Winrich. ibid. cap. 22. quæ tamen questio ex eo dependere videtur, an monstra rationalem animam fortiantur, nec ne, de qua re infra quest. 4. nam in dubium revocari non debet, quod quæ rationali anima dotata sunt, resurrectura sint, ita tamen ut nihil deforme, aut indecorum habeant, sic docente D. August. de Civit. Dei lib. 22. cap. 19.

Evenit etiam aliquando, ut dubitetur, an recens natus fetus pro mate, vel femella baptizandus sit, nullis apparentibus signis alterutrius sexus, ut est geminus casus apud Bahuin. lib. 1. de Hermaphrod. cap. 4. qui & lib. eod. cap. 40. nu. 1. hoc idem quærit. quin etiam alias per multas questiones movet

movet idem Bahuinus eodem cap. 4. quæ tamen omnes ex eo dependere videntur, an fetus virilis, aut muliebris conditionis existat, itaque hac una decisa, omnes decias habebimus.

16 Circa bicorpora tandem monstra multipliciter dubitari contingit, duos homines, aut porius unus fiat, & sic, an pro uno, vel duobus baptizandi, an tanquam unus, vel duo in hæreditatem succedere debeant, si succedere modo possint, & alia per multa his non dissimilia. de Hermaphroditis quoque quot, & quanta occurrant discutienda in propria questione manifestum fiet.

Cum ergo ad tot, ac tantas dubitationes enodandas conferat ipsis Iureconsultis doctrina de Monstris ad eam pertractandam accedentes ante omnia de nominibus differamus, dehinc quid vere Monstrum sit videamus, mox alia per multa, quæ in processu huius tituli occurrunt discutiemus.

17 Monstrum igitur, Ostentum, Portentum, Prodigium, licet in propriissima acceptione multum inter se evariant, in frequenti sermonis usu quasi synonyma sunt, hisque vocibus antiqui indifferenter uti sunt, ut ex Iureconsultis testatur Alciat. in l. Ostentum. ff. de verb. signif. num. 1. & ex Medicis in post multas adductas DD. auctoritates Bahuin. de Hermaphr. lib. 1. cap. 5. hoc autem pacto nominantur, si Ciceroni fidem habemus lib. 1. de divinor. & lib. 2. de Nat. Deor. in princ. & D.

18 Augustin. lib. 21. de Civit. Dei cap. 8. (quibus ad hæc Polydor. Virg. lib. 1. de Prodig.) quia monstrant, ostendunt, portendunt, prædicunt, & ita ab antiquis appellata, quod maxime auguriis, aliisque divinationibus essent addicti. quamobrem immerito videtur reprehendi Cicero à Liceto, quod voluerit Monstrum dici ex eo, quod futura præmonstret, vult enim dici potius ex hoc, quod ab unoquoque unicuique communestretur, & facit pro Liceto communis loquendi usus, quodcumque enim valde rarum, & insuetum nobis offertur dignum, quod alteri commonstratur tam in genere boni, quam mali, Monstrum vocamus, quasi dignum ut monstratur alteri ab altero ob malitiæ, vel bonitatis excessum, sic aliquando pro convicio in pessimis homines id nominis jactatur. Terent. in Eumuch. act. 4. scen. 4.

Unde habes vestem? taces?

Monstrum hominis, non diciturus?

idem ibidem act. 5. scen.

Monstrum, etiam utro derivatum venit.

sed & optimis quibusque rebus, ipsi quoque pulchritudini cum valde excedit, hoc Monstri nomen aptamus. unde Petrarca noster Lauram suam allocutus.

O de le Donne altero, & raro mostro.

Homines quoque doctrina excellentes Monstra ob hoc ipsum vocamus; hanc enim ob causam Monstri nomine insignitur ad præsens Reverendiss. P. M. Fr. Nicolaus Riccardius S. A. Palatii Magister dignissimus, nec injuria, quia, si quæ de raro eveniunt, ut Cicero loco citato, portenta sunt, sapientem portentum esse putandum est.

Quantum autem hæc ita se habent, certe ego Latinæ linguæ parenti majorem, quam Liceto fidem habeo: nam esto, Monstra futura non præmonstrare, ut veritas ipsa docet, primi tamen illi

Liber VII.

Latinæ linguæ inventores, eo quod ita opinarentur, Monstra sic appellari voluerunt. abuti autem quoscunque Auctores hac voce notissimum est, cum quod Prodigii, vel Ostenti, vel Portenti potius nomen mereretur, monstrum indifferenter vocitent. sic Plaut. in Asinar. act. 2. scen. 2.

Pro monstro exemplo est, quando qui sudat, tremit.

ubi monstrum proprie prodigium esset dicendum. quemadmodum & illud apud Virgil. 9. Æneid.

Trojano hæc monstra petunt.

sic etiam & à nostris scitatum esse cognoscet Tass. noster Hierusal. cant. 9. stanz. 13.

S'empie di Mostri, è di Prodigii il Cielo.

Sed Leges in l. Ostentum. ff. de verb. & rer. signif. ostenta in duo genera dividentes, Monstrum fecerunt Ostenti speciem, ut in iplo textu patet, & videat qui hæc inculentius pertractata desiderat Alph. à Carranz. de ea re differentem lib. de Pat. nat. & leg. cap. 17. nam nos has de nominum, & vocum ulu nimis affectatas questiones Grammaticis relinquimus; proprietatem tamen, & differentiam eorum tradunt præter vetustiores inter Medicos Martin. Winrich. de Orr. Monstr. cap. 3. Paræus lib. de Monstr. in Præfat. Licet. lib. 1. de Monstr. in princ. & Bahuin. lib. 1. de Hermaphrod. cap. 5. & inter Iureconsultos Alciat. ubi supra, & novissime Carranz. ibidem in princ. quamquam hi Auctores vix inter se conveniunt, mihi ut brevier ab his me expediam, placet Liceti opinio, quæ refertur etiam à Majol. live ab adden. ad Majol. dior. canic. coll. 4. tom. 2. & à citato 19 Carranza ubi proxime num. 5. ea vero est, Monstra in folis animantibus contingere, & sic proprie Monstrum de his folis dici, in cæteris anima carentibus portenta dari, ostenta, prodigia; sed præ cæteris Winrichius hanc horum nominum proprietatem profequitur. nos de humanis monstris tantum loquimur, vel quæ ex humana specie originem ducunt.

Sed quid sit Monstrum diversimode multi docuerunt. Aristoteles 4. de Gener. anim. cap. 4. monstrum voluit esse conceptum vitiosum, & præter Naturæ intentionem procreatum, ita ut quandoocunque aliquid deficit, vel superfluit in animantibus monstrum ex iplo fit. ita præter alios Alciat. in l. Quæret aliquis. ff. de verb. signif. Carranza ubi proxime, & ex Medicis Roderic. à Castr. lib. 3. de morb. mul. cap. 11. par. 1. unde eidem Aristoteli prima degeneratio conceptus in monstrum est, cum femina concipitur, deficit enim femina à virili perfectione, præterquam quod præter Naturæ intentionem esse voluit, feminam nasci, cum illa semper intendat animal perfectum generare; quod tamen veritatem non habere, longioribus ego non demonstrabo, cum satis circa hoc nonnulli doctissimi viri insudaverint, & novissime Æmil. Parisan. lib. 3. de Microsc. sicut. cap. 3. exercit. 2. satis illud sit, quod etiam si Naturam velimus deficere in generatione feminæ, non ideo femina monstrum est, quia generatio feminæ à natura intenditur ad speciei propagationem, & conservationem, non minus quam generatio Maris, ita ut femina non minus quam Mas sit in sua specie perfectissima creatura. alias non ex natura intentione esset speciei conservatio, nam si femina præter ejus intentionem generatur, & conservatio speciei nonnisi per

fœminam fieri potest, Natura nunquam conseruationem speciei intendit, sed tantum individui perfectionem. Adde quod si illico atque Natura à summa illa perfectione deficit, monstrum gignere dici debeat, cum illa intendat semper facere quod perfectius est, etiam cum marem unum alio imperfectiorem facit, monstrum generasse dicenda esset, quod nequaquam verisimile est. Fœminam quippe mare imperfectiorem esse non est dubium, nam idcirco etiam Plato in *Timæo transf. prin.* voluit, animas eorum, qui in vita existentes male, & præter iustitiam vixissent, in fœminæ corpora, quasi imperfecta, & monstruosa recipi; sed quicquid sit de hoc, Monstri certe definitio ab Aristotele tradita neque fœminæ aptatur, neque monstri vere dicti naturam explanare videtur, cum alii conceptus vitiosi deantur, & præter Naturæ intentionem generati, quibus non convenit monstri appellatio, ut Mola. Winrich. *de ori. Monstr. cap. 6. Varand. lib. 2. de morb. mul. cap. 5.*

- 21 Mercatus *lib. 3. de Steril. & Pægn. aff. cap. 7.* Monstra ea proprie vocavit, quæ contra Naturam fiunt, sed hæc definitio multo magis manca videtur, quam superior, & confutatur à Winrichio ubi proxime; nisi dicamus, & hanc, & superiorem genericas esse, & comprehendere quæcumque in quacunque rerum generatione, & in quibuscunque Naturæ operibus contra Naturam fiunt. at forte Monstrum contra Naturam non est, quia ab ipsa Natura habet esse, ut rex Arist. *elicitur lib. 3. de Anim. cap. 4.* et si quid in monstro peccatur, id culpa potius aliarum causarum fit, ut latius infra dicam, licet etiam Winrich. *ubi supra* definiat, monstrum esse Naturæ erratum ab eo sine, quem sibi in agendo proposuit; sed & aliam definitionem idem ex Medicorum sententia affert, quæ est huiusmodi. Monstrum animal est in utero deformatum genitum præter naturam corrupto aliquo generationis principio. sed neque hæc satisfacit, nam nullum principium generationis corrumpitur in his, quæ superfluunt, Hieron. *Capivac. lib. 4. Pract. cap. 6.* sic definiuit, 24 Monstrum est animal in utero genitum à depravata formatione; at admodum de raro à depravata formatrice monstrum fieri est compertissimum, nam neque in monstros, quæ mancum ali-quod membrum habent, neque in his, quæ superfluunt, videtur quicquam formatricis facultas peccare, quia format pro materia sibi ministrata, quod potest, nam si non potest formare totum brachium, format humerum tantum, & superabundante sibi materia suppeditata forma pro uno, duplex caput, quod videtur potius illam commo- strare satis vegetam.

- 25 Licetus *lib. 1. de Monstr. cap. 1.* definiuit, ut sequitur, Monstra dicuntur quæ in subcælestium animantium genere non sponte genita membrorum constitutionem perfectæ primogenitorum structuræ turpiter dissimilem, ac rerum naturæ minime consentaneam sortita fuerit. aliam huius non dissimilem attulit *ibid. cap. 11.* quam *cap. seq.* explanavit, ut apud ipsum videre licet; quarum utraque probari potest, sed si libet alias Monstri definitiones apud ipsum, & Winrichium ex Medicis vide, & ex Iureconsultis apud Carranza *ubi supra*, sed ego quoque ad præsens negotium meam in medium afferam, & est huiusmodi. Mon-

strum animal est ita genitum, ut à figuræ bonitate, & simplicitate suæ speciei conveniente enormiter recedat. animal dico esse, ut monstrum à prodigio, & portentoso sejungam. à figuræ bonitate dico, fumendo bonitatem figuræ pro symmetria, & proportionem naturali, ut cum deficit id, quod necessarium est, ut cum brachia, oculi, pedes, manus, aut aliæ notabiles partes desiderantur, aut cum suam naturalem figuram partes non servant, veluti si brachium non humero, sed lateri adnatum habeat, quale monstrum peperit Larillæa mulier apud Hippocr. *lib. 5. Epid. par. 1.* (quam historiam redegit mihi in mentem D. Claudius Le Februe Medicus Hippocratis studiosissimus) aut cum caput in homine appareat alinum, vel in equo humanum, & sic de cæteris. additum est. Et simplicitate, ut comprehendamus monstra, in quibus membra superfluunt, aut alia quædam pars, quæ ejus speciei individui non convenit, superadditur. tale est monstrum homo caudatus, vel con-nutus, aut cum naturales ipsæ partes præter modum magnificantur, ut Gibbositas in Camelo, & Indicus Tauris monstruosa non est, imo neque duplex gibbositas monstruosa in Asiaticis, vel Scythicis Camelis, ut in Aphricanis, quæ in homine, aut Tauris nostris, aliisque animalibus monstruosa quidem esset. Quoniam vero non quilibet error, & recessus à figuræ bonitate, & simplicitate facit monstrum, ut pes distortus, deficiens, aut superfluens digitus, quicquid in contrarium velit Carranza contra Alciati opinionem *d. cap. 17. nu. 65.* & id genus alii recessus, addita idcirco sunt ea verba, Quod enormiter recedit, in hac enim enormiter recessus à figuræ bonitate, & simplicitate monstrificas consistit, sive monstrum ex eo, quod futura præmonstret, sive ex eo quod ab uno alteri commo- straretur dictum velis ad admirationem excitandam, quæ quidem ex hisce modicis recessibus à naturali statu non insurgit.

Et licet propriissime, & strictè loquendo ita se res habeat, à Legibus tamen monstri nomen stri- ctius multo, imo strictissime accipitur ad plures maxime effectus: non enim apud ipsas satis est ad hoc, ut conceptus monstrum dicatur, membra in eo duplicari, aut deficere, sed requiritur, ut contra formam humani generis, & converso more procreatum fit, nempe ut humanam formam mutaverit, ut si caput habeat bovinum, vel toto corpore vitulum repræsentet, & aliter ad hunc modum prodigiosum appareat, ut apertissime elicitur ex ipsismet Textus verbis in *l. Non sunt liberi. ff. de stat. ho- min. & prædenter ad moen. Farinac. tit. de homic. q. 120. num. 191. sect. 5.* & notavit novissime Carranza sepe cit. *cap. 17. num. 21.*

Cum autem ad corporis naturalem constitutio- nem, & figuram naturalem, & numerus, & situs ap- tus membrorum, & debita quantitas requiratur, si vel in quantitate; vel in figura, vel in numero, qui & ipse discreta quantitas est, vel in situ mem- brorum animal enormiter vitietur, monstruolum fit, duplicem tamen monstrorum ordinem aliqui fe- cerunt, ut II. primo in *l. Offentium sup. cit.* unum 30 eorum, quæ contra Naturam fiunt superfluendo, aut deficiendo in partibus, alterum cum quid Prodigiosum nascitur, nempe, ut Gloss. *ibi in ver. videtur*, cum efficiem mutar, neque eam servat, quæ suæ speciei convenit. sed ex Legum peritis

Quaestio I.

peritis Menoch. *lib. 2. de Arbit. cas. 491. num. 29.* & seque. volens afferre signa, ex quibus liceat animal monstruosum dignoscere, monstra dividit in sex classes, sed cum ea non dividat secundum differentias specificas, eam divisionem silentio prætereamus. Medici nonnulli, ut Capivacc. *loco supra cit.* dupliciter, sed diverso modo, quam II. fecerint, dividerunt. & unum dixerunt esse monstrum secundum speciem, alterum secundum compositionem. secundum speciem cum alterum animal à sua specie nascitur. secundum compositionem cum fœtus peccat in plastatione. sed & Licetus *lib. 1. de Monstris* ea dupliciter dividit, sed diversa ratione; nam unum genus fecit uniforme, aliud multiforme; quæ tamen genera subdividit in suas species, & utrumque in mutilum, aut excedens, aut difforme, aut informe, aut enorme; ex quibus facit decem monstrorum species, quas apud ipsum vide.

Ludovicus Mercatus *lib. 3. de prægn. & ster. aff. cap. 7. Roderic. à Castr. lib. 3. de morb. mul. par. 1. cap. 11.* & Bahuid. *de Harmaphrod. lib. 1. cap. 15.* quinque Monstrorum genera constituerunt, unum eorum, quæ à Natura, & secundum Naturam ipsam sunt; in quo comprehendunt nationes omnes, quæ notabili aliquo vitio insigniuntur, ut præter quamplures Populos, de quibus Plin. *lib. 6. Nat. hist. cap. 37. & alibi.* & Strabo *Geograph. lib. 2.* sunt qui à nonnullis recentioribus historicis fide dignis enarrantur, quales sunt ii, quos canina capita habere, & alii, quos caudatos esse, aliisque enormibus figuris insigniri recenset Sigismund. *Liber in commentar. Moscov. & alii.* de quibus multi historici de rebus Indicis scribentes.

34 Secundum genus faciunt eorum, quæ peccant in quantitate secundum totum, hinc Gigantes in excessu, Pigmæi, Pumiliones, Nani in defectu, sed Gigantes, & Pigmæi comprehendi possunt in primo genere, quia à Natura, & secundum Naturam sunt, & de Gigantibus quidem alias. de Pigmæis Arist. *8. de hist. anim. cap. 12.* Plin. *lib. 7. cap. 3.* Elian. *lib. 15. de Animal. cap. ult.* Strabo *Geograph. lib. 2. in princ.* & ex Poetis Homerus *Iliad. lib. 1. in princ.*

*Velmi clangor Gruum est in aere supra,
Que postquam frigus effugerunt, & immensum
imbrem,*

*Cum clangore ille volant ad Oceani fluctus,
Hominibus Pygmæis cadem, & mortem ferentes.*

Et Ovid. *lib. 6. Metam.*

*Alteræ Pygmææ fatum miserabile matris
Pars habet; hanc Iuno iussit certamine victam
Esse Gruem, populi que suis inducere bellum.*

Et Iuvenalis *sat. 13.*

*Ad subitas Thoracum volucres, nubemque sonoyam
Pygmæus parvus currit bellator in armis,
Mox impar hostis, raptusque per aera curvis
Ingenibus à seorsu ferretur Græc. si videas hoc
Genibus in nostris vixisse quatiare, sed illic
Quoniam eadem assidue spectentur prælia, vi-
detur*

*Nemo, ubi tota coloris pede non est alior uno.
quæ quamquam videri possunt tanquam à Poetis tradita fabulosa, tamen naturales historici hæc pro veris admittunt; quin etiam Bernard. Gordon. Medicus sua ætate magni nominis, & integræ fidei in Fregnoß. *par. 2. cap. 7.* Pigmæos se vidisse testatur*

non majores palma manus. ex quibus notandus videtur Carranza Iureconsultus *de Part. cap. 17. num. 59.* qui nulla ratione fatus, & nulla experientia fultus, Pygmæorum existentiam fabulosam esse affirmat, & Plinium, vide hominis ingenium, irridet, qui nonnulla de iis Populis tanquam vera recenset: saltem aliquam apparentem rationem in contrarium adduxisset, nam si ipse nihil certi ex propria experientia afferre potest, non idcirco ob ejus dictum, qui neque Philosophum se profiteatur esse, neque rerum naturalium indagatorum, neganda est Pygmæorum existentia; at saltem Aristotelem mendacii redarguere tam inaniter non decebat, sed ante ejus verba ponderanda erant, quæ assertive Pygmæorum existentiam firmant: sic enim *loco supra cit.* de his populis est locutus. Non enim id fabula est, sed certe genus tum hominum, tum equorum pusillum, ut dicitur, est, deguntque in cavernis, & quæ sequuntur. saltem cum Alberto Magno dixisset, Pygmæos esse Simiarum genus, ne fidem gratis, & absque ulla in contrarium ratione tantis viris de Pygmæis loquentibus admire videretur; nam & Aristotelem non aperte dixisset, Pygmæos homines esse, ex præcitato textu volunt, cujus verba aliter, quam Theodorus Gaza verterit, sonare dicunt. vidisset denique solidas quasdam rationes à Cardano adductas *lib. 8. de variet. cap. 40.* ad improbandam hanc Pygmæorum fabulam; quæ probent ne, an non quod intendit Cardanus, non est hic aptus locus ad inquirendum. majori multo cum modestia id ipsum negavit Torreblanc. *lib. 2. Demonolog. cap. 31. num. 22.* & seque. de Pygmæis tamen plura Winrich. *de Ori. Monstr. cap. 21.* & alia notatu digna Nic. Nancel. in *Analog. Microc. ad Marcoc. lib. 7. par. 2. col. 949.* qui quidem, si in rerum natura sint, à Natura, & secundum naturam, ut dixi, sunt; habent enim naturam hominibus ejus regionis convenientem. non sic autem Nani, & Pumiliones in nostris regionibus, qui deficiunt secundum totum, & constituunt secundum genus monstrorum apud Mercatum, & alios DD. supra citatos, ut fuerunt fœtus illi Comitissæ Margaretae trecenti sexaginta quinque numero, qui majores non fuerunt quam magnus Manus digitus Pollex dictus; horum enim respectu nullus Pygmæus, aut Pumilio pusillus est; quamobrem alios Pumiliones, & Nanos prætereamus, quorum mentionem habent Majolus *dier. canic. tom. 1. coll. 2.* Plater. *lib. 3. Obser. ut. de deform. & alii.*

Magis compertum est, quod de Gigantibus scribitur, licet non minor de his sit quaestio, quam fuerit de Pygmæis, dubitatur enim de multis, nempe an unquam fuerint, aut de præsentibus sint Populi gigantææ staturæ, unde primum geniti, & huiusmodi. sed vere fuisse gigantes, hoc est Populos gigantææ staturæ habemus ex Sacris Numeror. *cap. 13. in fin. ibi.* Populus, quem asperimus proceræ staturæ est, ibi vidimus monstra quædam filiorum Enac de genere Gigantæo, quibus comparati quasi locustæ videbamur. in lib. quoque Regum plurimum Gigantum mentionem habemus, eosque vere fuisse præter factæ Scripturæ testimonia testatur D. August. *lib. 15. de Civ. Dei cap. 9.* & post alios vetuliores Perer. in *Genes. lib. 3. cap. 6.* Sed & Proavorum nostrorum memoria Cannibales, & Patagones vixi sunt gigantææ proceritatis Populi, ut referunt In-

dicarum rerum scriptores omnes, & praecipue Ovid. in *utraque hist. & Card. de variet. lib. 8. cap. 43.* & alia permulta ad hoc vide apud Licet. de *Spont. viv. ori. lib. 4. cap. 7.*

Non est ergo revocandum in dubium, an fuerint, & an esse possint Gigantes, sed quaerendum potius est, cur sit, quod non tam frequens eorum proventus nunc sit, ut antiquis temporibus. Dantes *Aligherius Infern. cap. 31.* ad Naturae providentiam id refert in his carminibus,

*Natura certo quando lascio l'ave
Di si fatti animali assai se bene
Per torre tali essentori a Marte.
E s'ella d'Elefanti, e di Balene
Non si pente, chi guarda sottilmente
Piu giusta, e piu discreta la ritieno;
Che dove l'argomento della mente.
S'aggiungi al mal volere, & alla posia
Nesium riparo vi puo far la gente.*

Sed aliam ejus rei causam post multos tam ventiosiores, quam recentiores, afferunt Hieron. *Magg. Miscell. lib. 1. cap. 4.* & Licet. *ubi supra*, & videntur omnes convenire in hoc, quod id fiat, ob mundi senectam, quod videtur etiam insinuari *lib. 4. Esprit. cap. 5. vers. 54.* Considera ergo & tu quoniam minori statura es his, qui ante vos, & qui post vos minori quam vos, quali jam senescentes creaturae, & fortitudinem juvenutis praeterentes. in hanc ipsam sententiam venerunt aliqui Philosophi, eamque sic attulit Lucret. *lib. 2. de Rerum nat. in fin.*

*Iamque adeo affecta si aetas, essetque tellus
Vix animalia parva creat, quae cuncta creavit
Saecula, deatque ferarum ingentia corpora partu.
& quae ibi sequuntur. Licet. *lib. 2. de Monstr. cap. 2.* in eodem genere continetur*

Terra malos homines nunc educat, atque passillos.

Mihi tamen haec sententia verisimilis non fit; nam si homo a prima mundi origine semper decrevisset, aut etiam si jam multis ab hinc saeculis, quando jam decrescere mundum erat communior sententia, decrescere incepisset, usque ad praesens, res profecto ad Pigmæorum naturam vel jam esset redacta, vel tempore saltem non modo ad hanc, sed ad locustarum magnitudinem redigeretur. addo quod Mundus non ex solo homine, sed ex infinitis pene animalium, viventiumque speciebus constituitur, unde non major ratio est, cur homo decrescat solus, caetera vivencia non item, & tamen hoc in caeteris viventibus non observatur. nam minima quaedam si semper decrescerent in nihilum abirent. ad quod me confirmat *ilud Ecclesiast. cap. 7. vers. 11.* Ne dicas, Quid putas causa est, quod priora tempora meliora fuerunt, quam nunc sunt? stulta enim est hujuscemodi interrogatio. quod non tam ad hominum mores, quam ad caetera quaecumque refero. alia ergo causa quaerenda est, cur de praesenti non tam frequenter Gigantes generentur, quam investigare ad aliud tempus rejiciam, alias autem aliquando generantur, & ut multas ipsorum historias praeteream a supra cit. Hieron. *Maggio ibid. a Majol. diar. canic. coll. 2. par. 1.* & a Korman. *de Mirac. vivor. & a Torrebl. lib. 2. Demonol. cap. 31. num. 1.* & *segg.* pauculas hic subdam, de Senogallia Gigante Amat. *Lusit. curat. Med. cent. 5. cur. 95.* hic cubito caeterorum hominum staturam excedebat, & huic proceritatis singula membra proportionata obtinebat. Gigantem porro novem pe-

dum altitudinis vidit Mart. Dels. anno Sal. 1572. ut testatur in *Senec. Troad. comm. par. 2. num. 91.* alium vidi Romae ex S. Ginnesio oriundum anno 1600. praefato forte non minore. in principio anni 1631. visum hominum memorat Bahunius *lib. 1. de Hermaphrad. cap. 8.* octo pedum altitudinis, de quo etiam fortasse Plater. *ubi supra*, qui & multo majori admiratione dignam staturam in medium affert, cujusdam Gigantis, cujus ossa in ditione Lucerenti, si recte memini, inventa sunt. hic, ut ex eorundem ossium compositione computatum est, novendecim pedum proceritatem excedebat, hoc est, triplo procerior communi hominum statura, & pede insuper majore. Sed hoc etiam multo magis vasta Gigantum cadavera reperta aliquando fuisse, testantur plures historiae a Majol. Magg. Korman. aliisque relatae, quas apud ipsos vide. Mediolani tandem hoc praesenti anno 1638, ossa cujusdam gigantis cum nonnullis molaribus dentibus reperta, quae Materiae vero affinitate pellectus historiam cujusdam pueri hic subnectam, qui Neapolis natus anno 1630. mense Febr. non major, quam caeteri recens nati puelli, seximestris in tantam molem crevit, ut ad decimum quartum mensem deductus altitudinem quatuor palmorum, totidemque crassitudinem aequaret, omnesque jam dentes emisisset.

Monstrorum tertium genus faciunt illi quoad particularem partium superabundantiam, vel defectum, ut si cruribus animal omnino destituantur, qualem foemina viderunt multi annis superioribus, quae a Circulatoribus circumferebatur. haec, ut audio a nebulone quodam impraegnata in partu perit. de hac ferit Licet. *lib. 2. de Monstr. cap. 2.* in eodem genere continetur Monstrum quatuor cruribus, aut totidem brachiis dotatum, aut gerinum obtinens caput, aut eo orbatum, & acephalum, ut Populi illi, de quibus *Plin. lib. 5. histor. nat. cap. 8.* Pompon. *Mela lib. 1. cap. 4.* Solin. *cap. 3.* Aul. Gell. *lib. 9. Noct. Att. cap. 4.* quos se etiam vidisse testatur D. August. *serm. 37. ad fratres in Erem.* quae cum aliis refert Torreblanc. *Demonolog. lib. 2. cap. 33. num. 4.* hi sine cruribus nati, oculos in humeris habent; tale fuit monstrum in Vasconia natum, de quo Paræus *lib. 24. cap. 6.* & aliud Wittemberga anno 1525. de quo Licet. *ubi proxime.* & tertium in Misnia ortum, de quo ex Fincelio idem Licet. *ibid.* & de alio simili meminit Winrich. *de Ori. Monst. cap. 25.*

Quartum genus faciunt quoad dissimilitudinem secundum aliquam partem a sua specie, quale est monstrum humanum capite canino, ut Cynocephali esse narratur, quorum unum aetate sua ad Ludovicum Galliae Regem delatum esse testatur Vincentius *lib. 31. cap. 126.* ex quo Torreblanc. *ubi supra num. 21.* vel quale fuit aliud ranino capite ex humano semine progenitum, & quod ex ferino genere capite humano, aut humanis pedibus, ut Caesaris Equus, de quo Plutarch. *Plin. & alii*, & Sueton. *in ejus vita cap. 61.* vel contra ferinis pedibus ex humano; quales sunt Centauri, Satyri, Sphynxes, & hujusmodi; vel qualis fuit puella pedibus asininis, si tamen unquam talia monstra existierunt.

Postremum genus ex eorum sententia est, quo-

ad dissimilitudinem totius a sua specie, qualis erat puella specie honestissima ex Equa suscepta, & alia item formosissima ex Asina, de qua mox, & puer ex Vacca, & Lepus ex Equa natus cum Xerxes in Europam exercitum trajiceret, & Columba ex muliere, de qua Ovid. *lib. 7. Metamorph. fab. 12.*

*Transit & antiquae Carthoea membra Coe,
Qua pater Alcidas placidam de corpore Natae
Miratus erat nasci potuisse Columbam.*

Tale etiam fuit caput humanum ex ovo Gallinaceo genitum, serpentinisque proceribus donatum, de quo Paræus *ubi supra cap. 2.* quorum aliqua darine naturaliter poterint, nec in loco discretiorem, monstruosissima quidem haec praeter ceteris omnibus, unde Juvenal. *sat. 2.*

*Scilicet horres, majoraque monstra putares,
Si mihi visum, vel si Bos ederet Agnum.*

Nos ad rem nostram, quia de humanis tantum monstris verba facimus, ea sic dividemus. Monstrum aut peccat secundum externam formam, vel figuram, aut secundum membrorum, vel totius quantitatem. quod peccat secundum externam figuram, aut peccat secundum externam constitutionem, aut secundum situm, aut secundum substantiam membrorum, secundum constitutionem peccat, si membra suam rectitudinem non servant, ut Nasus distortus, pedes contracti, oculi strabi, & id genus alia; secundum situm peccat illud, in quo membra, & partes suum naturalem situm non servant, ut quod habet oculos in pectore, aut manum prope costas mendosas, ut illud Hippocrat. aut pedem in medio tibiae connatum, ut illud, quod fecit Ioan. Faber, de quo alias. secundum substantiam membrorum peccat quod habet aliquid membrum diversum ab humana specie, vel secundum totum ab humana specie distat, ut puer capite canino, vel bubalinis cruribus, aut equinis, vel ex muliere natus Canis, aut Lepus, aut ex Equa puella, & alia ad hunc modum. Quod peccat secundum quantitatem aut est mutilum, aut excedens, utrumque aut deficit, aut excedit in particulis membrorum, aut in membris ipsis, vel in partibus majoribus, ut capite, & cruribus, veluti si capite careat, vel gemino dotetur, vel quaternis cruribus, aut quaternis brachiis consistat. vel peccat in quantitate secundum totum, ut Gigantes, & Pygmaei.

Aut etiam cum Liceto dicamus, Monstrum esse aut uniforme, aut multiforme, & utrumque cum his omnibus praedictis conjungi potest. sed & quod excedit potest excedere in re suae speciei non conveniente, ut si cornutus infans sit, aut caudatus, aut alatus, aut unguis habeat aquilinos, & alia his similia, nam haec videntur omnia monstrorum genera; quae in humana specie fieri possunt, comprehendere.

Non praeterenda tamen monstrorum divisio a Martino Winrichio allata, quamquam ad rem nostram minus facit, etiam si maxime ex re sua sit. Monstrorum alia esse voluit divina, alia naturalia, alia voluntaria, vel artificiosa, alia fabulosa. magis ad rem nostram facit, quam deinceps affert; Monstrorum, inquit, alia speciem mutant, alia non mutant, quae non mutant ea vel in intemperie infigi, vel in conformatione degenerant, vel soluta unitate; in con-

formatione quadrupliciter figura, numero, magnitudine, & situ. quae speciem mutant sunt, quae Morphyum, & partium constitutionem speciei convenientem ex toto non habent, sed alienum quid repraesentant, eaque maxime inter caetera monstri nomine insignienda, quovis verò modo monstra dividat, dummodo differentias omnes comprehendat, ego nihil moror.

S V M M A R I V M.

- 1 Causae Monstrorum, aut Physicae, aut Metaphysicae.
- 2 Causae Metaphysicae.
- 3 Physicae Monstrorum causae.
- 4 Causae Monstrorum secundum omnia causarum genera consideratae.
- 5 Deus aliquando, non semper est Monstrorum causa, nisi permissiva.
- 6 Mali Angeli non semper monstrorum causa.
- 7 Monstra ex incubis, & succubis.
- 8 Generatio ex incubis, & succubis facta ex principia naturalibus est.
- 9 Monstrorum causa ex parte Daemonis.
- 10 Caelum non est monstrorum causa.
- 11 Semen quomodo sit causa monstrorum.
- 12 Mela feminum diversorum specie animalium aut monstrorum causa esse possit.
- 13 Vterus quomodo sit monstrorum causa, & num. 15.
- 14 Vteri angustia quorum monstrorum causa esse possit.
- 15 Vteri tortuositas quomodo esse possit causa monstrorum.
- 16 Mulier quomodo sit monstrorum causa.
- 17 Imaginatio an esse possit monstrorum causa.
- 18 Imaginatio non tantum potest, quantum plerique sibi persuadent.
- 20 Omnis monstrorum proventus plerumque ex parte seminis.
- 21 Monstra, quae excedunt a seminum superabundantia.

De causis generationis Monstrorum.

Q U A E S T I O I I.

V Arias, ac inter se dissidentes monstrorum causas Varii, ac inter se dissidentes Doctores attulerunt. plures tamen eorum duplex causa genus constituunt, Physicum unum, Metaphysicum alterum. Metaphysicas dixerunt esse aliquando Deum, interdum malos Angelos. Physicas semen ipsum conceptum hoc, aut illo modo male dispositum, utriusque naturam, & constitutionem, ejusdem angustiam, vel improprietatem amplitudinem, vel tortuositatem, mulierem ipsam, ejusque vehementem imaginationem, ac denique ipsum Caelum. Licet multa diligentia has causas profecutus est secundum quatuor genera causarum, nempe materiale, formale, efficiens, & finale, de quibus apud ipsum *lib. 1. de Monst. cap. 6.* & *segg.* sed non minor diligentia easdem causas conquisivit Martin. Winrich. *in lib. de Ori. Monst. & Bahun. de Hermaphrad.* nonnullas etiam earum recensuit

Io. Hieron. Bronfer. *de princ. eff. sem. infu. scil. 2. cap. 18.* & ne in his lreconfultus desideretur, habes Alph. à Carranz. *in lib. de Part. leg. & nat. qui cap. 17. à num. 85. ad segg.* diligenter eandem causam dinumeravit, ad quem lectorem lreconfultum remitto, nam lectorem Medicum ad supracitatos relegaverim Auctores.

Ego in his prolixior non ero, sed ad ea immediate me conferam, quae ad nostrum negotium magis facere videntur. Quoad Metaphysicas ergo causas, & primo quo ad Deum videtur dicendum, Deum pro causa Monstrorum admittere sicuti aliquando videtur necessarium. Delrius *lib. 2. disquisit. Magic. quest. 14.* sic semper aliter, quam permissive ad eorum generationem illum concurrere, & superfluum videtur, & ab omni veritate alienum, ut doctè convincunt Martin. Winrich. *lco cit. cap. 10.* & Licet. *lib. 1. de causis monstr. cap. 1.* quam opinionem secutus etiam est Polyd. Virgil. *lib. 3. de Prodig.*

6 Malos autem Angelos semper esse Monstrorum efficientes causas externas non est verum, sed aliquando posse, non sit per nos à vero alienum. idem Winrich. *ibid. cap. 11.* non videntur tamen Doctores ullo modo explanare, quomodo nam Dæmones sint monstrorum causæ, quippe qui tradant succubos Dæmones viris succumbentes, decusum ab illis semen excipere, dehinc incubos factos mulieres comprimere, ex eo autem semine concipere ipsas mulieres, ac monstra inde generari, quod tamen non videtur ulla ratione 8 consequi de necessitate, quia generatio per succubos, & incubos procurata (si modo id possibile sit, videtur enim difficile, ne dicam impossibile) ex principiis naturalibus fit, ex ipsis nempe humanis feminibus invicem ad agendum, patiendumque ab ipso Dæmone applicitis, at si hæc principia aliunde non impediuntur, sed in suo naturali robore, & energia conserventur, non idcirco monstruosos fetus generare debent, quod per Dæmonem in actum proximum generandi producantur, nihil enim de suo Dæmon in generatione admiscet, cum substantia sit spiritusalis, & incorporata, ergo huiusmodi semina humana invicem concurrentia, & in actum generandi producta per naturalem, ac insitam sibi virtutem generantia, non nisi naturales partus procreant. quod si aliquo modo Dæmon esse possit monstrorum causa, id non magis fiet in conceptu ex succubis, & incubis, quam in quocumque alio conceptu per naturalem agendi modum, 9 conjunctione nempe Maris, & feminae suscepto; in utroque enim casu potest Dæmon læsionem aliquam feminibus in actu ipso concipiendi, vel postquam concepta fuerint, communicare, aut ipsum jam adultum in utero foetum quovis modo, permitte Deo, monstruosum reddere, & non alias; sed hoc forte non tam de facile evenire potest; nos autem causas quærimus, quæ ut plurimum in generatione monstrorum concurrunt.

10 Quoad Physicas ergo causas, Cælum inter eas admittum contra astrologorum sententiam cumulatissime rejicit Winrich. *lco supracitato.* restant igitur alia causa supra numerata, ante quarum considerationem non videtur silentio involvenda eorum opinio, qui, ut pleraque alia in hoc sublunari mundo evenientia, monstra casu, aut fato

contingere voluerunt. Facit Arist. *2. Phys. tex. 82.* & illud Senecæ in Hyppol. *act. 1.*

— Majus est Monstra nefas,

Nam Monstra Fato, non illis scelera impuere.

Adhærere huic opinioni videtur *tex. in 1. Quærit aliquis. ff. de ver. & verb. signif. ibi.* Neque id, quod fataliter accessit, Matri injungere damnum debet. Alciat. *ibid. num. 3.* quam tamen sententiam improbat Hieron. Magg. *lib. 1. Miscell. cap. 20.* Rejcta ergo simul cum superioribus Fato, casu, & omni accidentali causa pro causa Monstrorum, reliquum est de cæteris causis considerare. Empedocles apud Plur. *lib. 5. de Plac. Philosoph. cap. 3.* Monstra propter feminis redundantiam, aut defectum, aut propter motus perturbationem, aut propter divisionem ipsius in plures partes, aut propter nutationem gigni pronunciat, neque 11 dubium est semen obtinere primum locum in genere harum causarum, & quantum ego existimo, prædictæ ejus Philosophi sententia in hærens, illud potissimum, & frequentissimum causam monstrorum agnosco.

Sed dubitatur, utrum miscela seminum diversorum specie animalium id possit, & de hoc in propria quaestione; est enim hic punctus magni momenti, & maxime controversus.

Plerique autem pro Monstrorum causa uterum adduxerunt, cum aut nimis parvus, & angustus est, ita ut distendi in tantam capacitatem nequeat, quantum focus in sui augmentum exposcit; vel cum idem uterus est nimis amplus, & capax, ita ut semen undequaque amplexari non possit, & sic non potens in se ipsum coire, distendat. Verumenimvero haud verisimile fit vel angustiam, vel amplitudinem uteri unquam esse posse Monstrorum, maxime insignium, causam: nam quoad angustiam certum est, quod si quod monstrum ex ea causa generaretur, maxime generaretur id, quod peccat in defectu quantitatis secundum totum, ut Nani sunt, & Pumliones, sed hoc ob uteri angustiam succedere non potest, nam dato quod semen habeat insitam virtutem aptam ad fetus ipsius augmentationem, & distensionem, secundum omnem corporis dimensionem, ea otiosa nequaquam permanere poterit, sed alterutrum consequi necesse erit, aut abortiri foetum, aut septemestrem, & ante debitum tempus nasci, ita enim docuit medius fidius Hippocr. noster *in lib. de Nat. Puer. qui & ob eandem causam foetus debiles nasci tradidit lib. de Genitura. in fin.* vel in utero ipso contabescere, cum augere prohibeantur. Sed neque uteri amplitudinem, pro causa monstrorum acceptaverim, quia quantæcunque amplitudinis uterus sit, debet, si ulla securata est conceptio, super ipsam conceptum semen recolligi, illudque arctissime undequaque amplexari, ita ut ne minimum quidem vacui inter conceptum semen, & corpus ambientis uteri intercidat, alias impossibile est, ullam sequi conceptionem, si quid 15 ergo in culpa esse possit uterus in generatione monstrorum, id fiet cum aliqua in parte callosam duritiem contraxerit, quæ facile impedit, ne secundum eam partem distendatur; inde enim fieri potest, ut membrum illi parti correspondens vel non augeatur, neque saltem ad debitam magnitudinem perveniat, vel augeatur quidem, sed obtortum evadat, aut alias male conformatum, non

non potente utero sese, ut dixi, secundum callosam, induratum, aut scirrhosam partem distendere.

16 Sed & uteri ipsius tortuositas inter monstrorum causas adnumeratur à nonnullis DD. quæ an id possit, adhuc non video; putaverim enim tortuositatem uteri potius conceptum impedire, quam monstrum causare; militat enim hic eadem ratio, quam supra de amplitudine ejus attuli; necesse enim est utrum super conceptum semen recolligi, unde quantumcumque tortuosus existat, si sequi debeat conceptio, rotundari, ut ita dicam, illum oportet, & in orbem super ipsum semen coadunari, ut nullus externo aeri locus, aut cujus rei esse possit; quod inconueniens sequi necesse est, quandoqueque uterus orbiculariter semen non amplectetur, datur namque aliquod vacuum in aliis figuris inter semen, & uteri corpus, & sic conceptio sequi, aut saltem perfici non potest.

17 Mulier denique ipsa pro causa generationis Monstrorum maxime admittenda, hæc enim inconcinnio coitu, & agitatione in eo actu celebrando, ac præcipue in feminum emissionem, aut illico ab ipsa conceptione, & motibus inordinatis, & laboriosis, crurumque in oportuna decussatione, & aliis mille modis potest insignem aliquam oblationem foetui ipsi asserre, ac talem, ut ex ea monstruosus in lucem edatur. Sunt & præter hæc in harum causarum casu ipsius Mulieris pathemata Animi vehementia, & maxime subitanea, ita ut validum excitent humorum, ac spirituum motum: nam hoc pacto factum puto, quod habeat quadam muliere in utero gemellos, & timore maximo percussa, quod ex improviso muliereula alia prægnantis ipsius capite arrepto ludibunda alterius muliereculæ proximæ adstantis capiti illud allideret, gemelli frontibus coherentes nati sunt; disruptis namque ex valido motu, ut credo, membranis foetus involventibus, si in diversis includebantur, aut allisis simul gemellorum tenerimms capitulis, si unica continebantur, facile fuit eos simul secundum allisam partem coherere, sic & alias evenire in aliis potest.

18 Restat ultimo loco inter Monstrorum causas adnumerata imaginatio, quam plerique, ne omnes dicam ex DD. acceptant, ut ex Iurisperitis. *Gloss. in 1. Quæret aliquis. ff. de verb. & ver. sign. in verb. fataliter. Damohud. in Enchirid. rer. crimin. cap. 84. nu. 29.* & alii apud Torrebl. *lib. 2. Diemonolog. cap. 33. num. 42.* & apud Carranz. *de Part. cap. 17. num. 86.* & ex Medicis plures à supradictis recentibus, ac plura quidem ex historiis monstra referuntur, quæ in nullam aliam causam rejici posse existimantur, quam in Matris imaginationem; quorum plura vide apud Thom. Fien. *de virib. imaginat. q. 13.* & alibi eo in opere; hanc enim in omnibus, sed maxime in Prægnantibus magnam habere efficaciam volunt, quod facile etiam declarant frequentes macule, quas fetus in ipso Matris utero ex ipsius Matris desiderio; vel imaginatione vehementi alicujus rei contrahunt. Sed quemadmodum ego nonnihil utcumque Imaginationi tribuo præcipue in Prægnantibus, ita vim talem, ac tantam, quam magis rationi consonum duxerim, imaginationem posse ad libitum foetum delineare, & formosissimum effingere, quin & marem, & foemellam pro suo arbitrio procreare cur non poterit? an non facilius est, Imaginationem Naturæ in suo opere

absque alicujus Monstri ortu transigetur, quæ tamen tam de raro videntur, ut non ob aliam causam tantam nobis admirationem incutiant; in quot enim absurda, Deus bone, labitur in horas, & momenta Prægnantium imaginatio? At, inquit, plura concurrant, necesse est ad hoc, ut Imaginatio in foetum operetur, ut est ipsius Imaginationis vehementia, validus spirituum motus ex valida aliqua Animi passione excitatus, ut ex avidissima cupiditate, ex improvise terrore, ex insigni displicentia, & hujusmodi; tempus item præcisum generationis ipsius foetus, cum aut solum in actu ipsius generationis, aut dum adhuc foetus tenerimus est, ut in primis quadraginta diebus, aut primis tribus mensibus, ab Imaginatione alterari aliquo modo possit, ut percurrit Thom. Fien. *de vir. Imag. quest. 21.* quæ conditiones non tam de facili simul concurrunt, ut tam frequenter monstra generari debeant, & tamen hæc mihi non videntur adeo connectione impossibilia, quod non debeant multo frequentius apparere, ac simul ad ejus effectus productionem concurrere.

Maximè item mirandum est, si Imaginatio tantum potest in immutatione foetus, ac signanter in producendis quibusdam maculis, ac stygmatis (quod minimum est respectu generationis Monstri) cur mille rebus, quas Prægnans mulier appetit, avidissimeque desideraverit, vix unius stygma in foetu imprimatur: plura enim, & maximo cum fervore pluries appetere prægnantes conspicimus, quibus partim sua vota explent, partim autem carere coguntur, & tamen foetus de raro signantur; certe si semper signarentur, essemus jam omnes Panchææ corio maculosiores, sed cur Bruta ipsa, ea præcipue, quæ palam coeunt, quotidie monstra non generant, nempe fetus suos alienæ speciei figura deformatos? habent enim imaginationem multo quam nostræ feminae vehementiorem ob id, quod mulieres à superiori facultate ab Imaginationis intentione distrahuntur, quod in illis non habet locum. Cur ergo Canes coram hominibus quotidie coeuntes, & dominos suos præsentem & in ipso actu coitus, & conceptionis, & toto gravidationis tempore vel blandientes, vel objurgantes, minitantive eos conspicientes, indefinenterque cum illis commorantes, catulos suos saltem tantisper à sua specie immutatos non generant? aut cur saltem non pariunt similes fetus aliis animalibus, coram quibus assidue coeunt, & cum quibus perpetuo commorantur, quorum species eas in Imaginatione perpetuo servare, & facile illis objici posse verisimile est? imo non modo alterius speciei animalibus similes catulos non generant, sed neque ipsis canibus, qui in ipsissimo coitus actu præsentem non modo plurimum sunt; sed petulant ardore, alacritate salacitate feminas maribus coherentes superinire satagunt; verum parentibus similes catulos generant, cum omnino concedendum ex mea sententia sit, plurimum foeminarum imaginationem à molestantium canum petulantia in ipso coitu eorum imagine alterari, & maxime tunc disponi posse ad conceptum figuram alterandam, si id naturaliter Imaginationi potest, quod mihi difficulter persuaderetur: nam magis rationi consonum duxerim, imaginationem posse ad libitum foetum delineare, & formosissimum effingere, quin & marem, & foemellam pro suo arbitrio procreare cur non poterit? an non facilius est, Imaginationem Naturæ in suo opere

effingendo opitulari, quam ipsam per summam vim ab opere divertere, ac deviare? Naturam enim obsecundare, quam illi obfistere multo facilius putaverim.

Denique si Imaginatio alterare potest conceptum, & illum monstrificum reddere, ut, exempli gratia, conciliare illi figuram bovis, vel caput raninum, vel huiusmodi quid, vel id faciet in instanti, vel tempore quodam proportionato. In instanti non, quia vel facit in quolibet instanti, vel in certo, si in quolibet, poterit jam de una figura fieri transitus in aliam, et si in hoc instanti mater imaginata bovem, filio conciliet formam capitis bovinam, vel imaginata ranam, raninam, dehinc si imaginabitur Alinum, fiet metamorphoses de bove in Alinum, vel si imaginabitur avem, fiet immutatio ranæ in avem, quod est ridiculum. si vero id facit in certo instanti, vel facit ante foetus formationem in primis septem conceptionis diebus, (non enim ante hoc tempus, vel saltem ante tres dies foetus formatur, si Hippocrati credimus) vel post. ante non, quia imago ab Imaginatione communicata non potest in infirmi femine servari, ubi nulla adhuc conspicitur partium differentia, & discriminatio, non post, quia sic Imaginatio, quæ est causa per accidens, & momentanea efficit Natura fortior, quæ est causa per se, & immutabilis, unde consequens est, Naturam indefinenti sua operatione Imaginationis brevem, ac non propriam operationem evincere, & si quid communicare posset, ab illa obliterari. Interim notandus Carranza lib. de Pari. cap. 17. num. 91. vers. Tertia causa principalis, & deinceps. qui in omnibus suam sententiam immiscens magno virorum opinionibus audacter irridet, ac refellit non ulla ratione, sed ex propria assertionem, nec, quod majori reprehensione dignum est, ex adverso oppositas rationes vincit, ut in hoc proposito Ioannis Huarti sententiam, qua contemnit eorum opinionem, qui Imaginationi vim tribuant signandi foetum in Matris utero, reprobat, & audaciam notat, neque tamen eius argumentis satisfacit, quod mirum non est, quam enim ratione leguleus hic subtilissimis eius Auctoris rationibus satisfaceret? magis prudenter Torreblanc. lib. 2. Demonolog. cap. 33. a num. 48. ad seqq. Huarti sententiam examinans, illi tandem ut probabiliori adheret, hoc enim pacto à doctis viris fieri solet, quamobrem ex his concludam, Imaginationem omnino à numero causarum hic esse eliminandam.

Cæterum cum varia sint genera monstrorum, & monstrum sit quid præter naturam, & per accidens ita genitum, non possunt omnia ad unam eandemque causam reduci, sed necesse est unumquodque genus habere suam adæquatam, & proportionatam causam, & licet plerumque monstra talia generentur ex parte seminum, tamen ipsa femina non semper eodem modo sunt disposita. defectus ergo, & superabundantia membrorum in monstris non aliam potest habere causam, quam defectum, & superabundantiam seminum. Tortuositas monstruosa à mulieris inconcinno decubitu, aut ab inconcinuitate in actu ipso coitus dependentiam habet. membrorum mutatus situs ex seminum, vel cyematibus ipsius, vel effluxionis trepidatione, & concussione originem ducit. Figura in maxime extraneas figuras degenerans, feminam, sanguinisque aletis vitium insigne denotabit. degeneratio in alteram speciem miscelam diversorum specie seminum

commonstrabit, maculas quasdam, si libet, ad Imaginationem refer, ego ad sanguinis ipsius vitium referrem, & sic de singulis considerandum.

S V M M A R I V M.

- 1 Ex diversis specie animalibus tertium generari non potest.
- 2 Processus in infinitum à natura alienus.
- 3 Animalia specie differentia quando coeuntia generare possunt.
- 4 Homo à cæteris animalibus quantum differat.
- 5 Homo cum multis animalibus convenit in tempore ferendi uterum.
- 6 Propter formam nobilitatem non potest ulla species cum humana commisceri.
- 7 Maxima substantiarum dissidentia impedit generationem inter Hominem, & Brutum.
- 8 Animalia specie differentia coeunt, & generant inter se.
- 9 Natura dissidentia non semper impedit generationem inter animalia specie diversa.
- 10 Magnitudinis disparitas an generationem inter specie diversa animalia impediatur.
- 11 Nullum animal nasci potest, nisi sibi determinato tempore.
- 12 Homo ex Aristotele in tempore ferendi uterum cum omnibus animalibus ambigit. contr. num. 14.
- 13 Proprietates naturales sunt inseparabiles.
- 14 Carranza notatur.
- 15 Proprietatis nascendi hoc magis, quam alio particulari, ac præciso tempore est dividendum, non species.
- 16 Cur non idem omnibus individuis ejusdem species nascendi tempus.
- 17 Fœtus quando nascitur.
- 18 Monstra non videntur.
- 19 In natis ex diversis specie animalibus, quedam naturales patentium proprietates consuntur, quedam non.
- 20 Cur ex diversis specie animalibus non possit sequi generatio, alia causa respiciens coitum, & constitutionem genitalium.
- 21 Semen ex Galeno principium sui motus non habet in diversis specie.
- 22 An ex Homine, & Bruto sequi possit generatio peculiaris consideratur.
- 23 Semihumanorum monstrorum historia cur suspecta videri possit.
- 24 Vi conceptus quicumque ex duobus seminibus sequatur, necesse est ea femina miseris tota per tota.
- 25 Quenam causa ab extra concurrere possit, que impediunt generationem inter hominem, & Brutum.
- 26 Concoctum, & commixtionem seminum humani, & Brutum in ipso coitu fieri, nulla causa videtur impedire posse.
- 27 In quibus vis vivendi datur calorem quemdam caelestem, & divinum.
- 28 Calor vivificans humani seminis differt à calore seminis belluini secundum maiorem, & minorem perfectionem.
- 29 Calor magis perfectus non corrumpet, sed vivificabit calorem minus perfectum.
- 30 Quale monstrum secussum esse ex commixtione seminis humani, & belluini, si quando fieret, non satis constat.

Quæ

Quæ Monstra ex diversis specie Animalibus progigni possint, quæ non. quæ item ex humana specie possibilia, quæ non.

Q U Æ S T I O III.

DE Menstris, quæ ex diversis specie Animalibus progigantur, multum inter Philosophos ambigitur. negant aliqui ex diversis specie animalibus tertium generari posse. & ratio pro his evidens est; nam quod ex duobus animalibus specie differentibus nascetur aut cum suo compare generabit, aut non; si primum dabitur hoc modo processus in infinitum, qui à Natura est maxime alienus; indies enim novæ animalium species pululabunt; si secundum, videbitur Natura frustra aliquid facere, & à suo fine deviare, qui cum is sit, ut se ipsam in speciebus conservet, non poterit illam ulla ratione per hæc individua assequi. Sed huic opinioni, & rationi in ejus favorem allatæ refragatur experientia, nam nasci videmus animalia ex specie differentibus parentibus, quæ inter se aliquando generant, aliquando non, cujus rei testis instar omnium locupletissimus sit Arist. lib. 2. de Generat. anim. cap. 5.

Rationi in contrarium adductæ satisficit dicendo, quod alterutra ex suppositionibus admittitur, neutra ex consequentiis sit necessaria. nam animalia ex parentibus specie differentibus enata, si inter se generent non novam speciem generabunt, sed in primam redibunt, quod si non generent, ut de Mulis evenit, hoc non est, Naturam frustra aliquid facere, quia intentio Naturæ est conservare se in individuis susceptis secundum ejus dispositionem, non in his, quæ præter ejus intentionem oriuntur. Aristoteles ubi supra, & 4. ejusdem cap. 4. quem plerique sequuntur, admittit quidem generationem inter animalia specie differentia, sed tres concurrere conditiones ex necessitate ad hoc ut inter ea sequatur generatio, voluit. quarum prima est, ut Natura non multum distent, secunda, ut magnitudine corporis non admodum imparia sint, tertia ut utriusque gestationis uteri tempora coincident: sic Canes, & Lupi, Vulpes, & Capes, Equi, & Asinæ coeunt prolem ex coitu suscipiant, sic etiam ex Avibus Perdices, & Gallinæ, cum in eis omnes prædictæ conditiones concurrant. contra vero ex homine, & Bruto non videtur posse sequi generatio, deficientibus omnibus prædictis conditionibus. Homo quippe Natura à Brutis, cæterisque quibuscunque animalibus tantum distat, ut cum nullo omnino conveniat. temperatura enim bonitate omnia excellit, formæque immortalitate unicus inter cætera existit. magnitudine item maxime propter corporis constitutionem, & figuram nulli par videtur. quod magis palam fiet, si eorum quæ maxime figuræ similitudine cum homine garrunt, qualitates, & conditiones examines. nam Homo solus bipes est, & erectus incedit, cæterorum animalium propriissime, & ex sua Natura nullum. Solus Homo manus habet ad omnia opera aptissima, cæterorum nullum, quamquam habere æquivoce dici possunt, ut dicit Card. de Socr. stud. Soli Homini capitis rotunditas, & amplitudo præ reliquo corpore, est connaturalis, soli Hominis Na-

sus prominet, imo solus Homo Naso dotatur, ut ex Andrae Laur. dixi lib. 5. superiori tit. 3. quaest. 4. num. 16. soli Homini cutis levitas concessa, cæteris vero horum nihil. quid de facie dicam sede pulchritudinis, qua proprie solum Hominem dotari firmant Doctores? And. Laur. Anatom. lib. 11. cap. 1. Taliacot. lib. 1. de Chirurg. cap. 1. quid denique de aliis plerisque particularibus mentionem habeam, quæ hominem tantopere quoad magnitudinem, & corporis constitutionem, & figuram à cæteris animalibus fecerunt? ex his enim omnibus videtur constitutio, & figura Hominis cum constitutione, & figura aliorum animalium impossibilis; quia videtur à Natura quodlibet semen determinatum ad conformandum totum hoc, & non alio modo, nempe tali, & non alia figura, hæc, & non alia temperie, hoc, & non alio situ, hoc, & non alio numero, ita ut semen humanum non nisi figura humana membra dotata conformare possit, etiam abstracta ab ipso semine forma immateriali, & Equinum equinam, etiam abstracta forma torius, aliter videretur ex quolibet semine quodlibet animal quoad extenam figuram generari posse, si fuerit indeterminatum ad certam figuram communicandam. Hoc autem importat illud Hippoc. semen rapere secum idcam omnium partium, quod optime pluribus demonstrat Ludov. Mercat. Consult. Medic. num. 20. vers. At cum profus, non videtur ergo quod femina commixta ex Bruto, & humano possit generare unum quid, quod sit medium inter duo corpora tantopere in tam multis conditionibus inter se dissidentia.

Sed præter hæc homo tempora gestationis nullis habet communia, quod nullum, ut Aristoteli, aliisque placet, statutum tempus pariendi fortitur, si ergo cum nullis convenit, cum nullo commixtus generabit, cætera enim femina aut prævenient, aut subsequenter, quod ex femine humano generabitur, & sic cum simul nasci non possint, impossibile erit ea simul commixta generare.

Sed præ his maxime urgere videtur intrinseca hominis forma, propter ejus nobilitatem nulla omnino species commisceri cum humana potest, quomodo enim immortalis, incorruptibilis, celestis cum mortali, corruptibili, & terrestri forma convenire in unum poterit? aut quodnam tertium resultare ex utriusque principii materialibus, quod partim corruptibile, & mortale, partim incorruptibile, & immortale existat? hoc tamen ad aliam videtur pertinere quaestionem, nempe an quod nascetur ex tali seminum miscela formam hominis habiturum sit, nec ne; primum autem videtur quaerendum, an seminum commixtio in utero fieri possit, an potius unumquodque ab alio secessurum sit; an ex commixtis ulla palmatio fieri possit, an potius unum aliud corrumpet, ut infra.

Nam Galenus quoque lib. 3. de usu Pari. cap. 1. 7. in princip. hanc seminum miscelam ideo negavit fieri posse, quia propter maximam substantiarum dissidentiam unum semen ab alio receptum corrumpi necesse sit, quin alias ad hanc ipsam generationem impediendam causas concurrere voluit; nam exemplo deducto ex animali nato ex homine, & Equo, non constat quomodo tale animal, si nascatur, nutririi possit, cum Homo ab Equo tam diversa fortitur nutrimenta; item difficile est demonstrare quomodo tale animal regetur in gressu, in festu,